



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 102. Cæsareorum victoriæ contra Suecos, Hassosque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

ubi magna erat annonæ copia, expu- Sæc. XVII.  
gnarunt, ac miserandum in modum di- A. C. 1646.  
ripuerunt, quam tamen urbem æque  
ac Schongavium capto Weilhemio pau-  
lopost deseruere. Mindelheimium vero  
& Donawertham recuperarunt. Ita  
demum speciali Dei providentia, ho-  
stibus ab Augustana urbe depulsis dis-  
sipata fuere Gallo-Suecorum & Prote-  
stantium consilia, quibus constitutum  
erat, Augustam in belli arcem erigere,  
indeque totam ejus molem in reliquam  
Sueviam, Bavariam, Austriam, & di-  
tiones Cæsaris hæreditarias convertere,  
pactis dein induciis, copias suas per  
istas Provincias distribuere, & rebus  
Cæsaris & Bavari ad incitas redactis,  
quas vellent leges utrique præscribere.

## §. CII.

*Cæsareorum victoriæ contra Suecos,  
Hassosque.*

Hoc item anno Melander, qui quon- *Barre Hist.*  
dam Hassici agminis Dux Cæsaris *d' Allemagn.*  
figna sequebatur, ex Veteravia in a- *t. 9. p. 806.*  
grum Coloniensem digressus, Zonsam  
oppidum ab Hassis cinctum obsidione  
liberavit, inde vero latius penetrans,  
Euskirchium ejectis Hassicis copiis Co-  
loniensi Electori restituit, emissoque  
Balduino Remontio Widenburgæ Præ-  
fecto

Sæc. XVII fecto Paderbornam occupavit, præfi-  
A. C. 1646. diariis omnibus aut cæsis aut captis,  
 Paulopost Buchemius Comes, qui con-  
 firmata cum Ragotfio pace ex Hunga-  
 ria reversus, se Leopoldi Archiducis &  
 Maximiliani Bavari copiis junxerat,  
 Cremsium, Cornenburgum, aliaque  
 Austriæ loca, quæ Torstensonius anno  
 priori ceperat, non sine magno Sueco-  
 rum damno recuperavit. Pariter Co-  
 mes Montecuculus Feursteinium arcem,  
 necnon Franckensteinium in Silesia, præ-  
 ter Rabenspurgum, Lehenhusiam &  
 Statzium urbes in Cæsaris obsequium  
 reduxit, alias vero arces obsidione  
 clausit, Wittenbergio autem Sueco  
 cum validis copiis advolante in Bohe-  
 miam se recepit; ubi tamen Cæsarei  
 improspere Marte pugnabant; Wirten-  
 bergius enim numero longe superior  
 Bockelhaimio capto, cæsisque cen-  
 tum quinquaginta peditibus ceteros in  
 fugam egit, ac per Bohemiam impune  
 vagatus, totam regionem deprædatio-  
 nibus, imperatoque ingenti ære deva-  
 stavit. Magis secunda erant Cæsareis  
 Moravicæ expeditionis initia, præter-  
 quam enim quod Suecica præsidia ab  
 infestis excursionibus cohiberent, insu-  
 per Statam, & Nicolaoburgum recupe-  
 rata ingenti præda expugnarunt, ar-  
 cemque Leibnizensem receperunt: Pa-  
 rum

rum tamen abfuit, quin Bruna Urbs Sæc. XVII.  
 nuper invicta astu interciperetur; mille A. C. 1646.  
 enim Sueci, se Cæsareos mentiti, septendecim jamjam intra munitionem  
 admissis proxime urbi imminebant, dolo  
 autem tempeftive deprehenfo ceteri a  
 Brunensibus non sine clade repulsi sunt,  
 poftea vero Wittenbergicus quampluri-  
 mos Moraviæ Pagos incendit, & Ot-  
 tomachaviam diripuit, necnon arce &  
 Palatio Niffensis Epifcopi potitus, in-  
 gentem annonæ copiam Leobfchuzio  
 intulit, Tropavia tamen, quam obse-  
 derat, a Cæsarianis repulfus.

## §. CIII.

*Gallorum expeditiones bellicæ contra Hispanos.*

Nil ardentius defiderabant Galli, quam  
 ut Cæfar Hispaniæ Regi nullas ad-  
 verfus Gallos, Batavosque auxilia fer-  
 ret, pacemque sine Hispanorum affensu  
 Monasterii concluderet: cum vero de  
 confilii fui fuffectu desperarent, tota  
 belli mole Hispanos tam in Italia, quam  
 Catalonia & Flandria opprimere nite-  
 bantur: Præprimis ergo ductore Tho-  
 ma Sabauda apud mare Thyrrenum  
 Telamonem, & S. Stephani portum  
 occupant, atque exfcenfione facta Or-  
 bitellum cum valido agmine obsident,  
 incal-